Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Iohanne Baptista

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

sito. ita ut nec vigilaret aperte nec dor-
miret integre. Apparuerunt duo pulcherri-
mi iuvenes vestibus candidissimis
i. colobio et pallio induti, caligulis cal-
ciati, sursum manibus extensis orantes.
Oravit igitur ambrosius ut si esset illusio
non ultra appareret, si autem veritas, denuo
revelaret. Simili igitur modo cantante gal-
lo orantes sibi iuvenes apparuerunt. Tertia ve-
ro illa nocte ieiuniis iam defecto cor-
pore non dormienti sed stupenti cum tertia se
apparuit persona que similis paulo apostolo vide-
batur secundum quod in pictura perspexerat.
Illisque tacentibus apostolus sibi dixit: isti sunt
qui nil terrenum desiderantes monita mea
secuti sunt. quorum corpuscula in eo loco
reperies in quo stas. xii. pedum altitudi-
ne terra cooperta invenies archam et
ad caput eorum libellum in quo ortus eorum
continetur et finis. Convocatis igitur
vicinis episcopis primus omnia prout dixerat
sanctus paulus invenit. Et licet iam ccc
anni et ultra fluxissent ita tamen eorum corpora
sunt reperta ac si ipsa hora ibi fuissent
posita. Insuper odor suavissimus et mira-
bilis inde fragrabat. Cecus quidem ibi tan-
gens feretrum illuminatus est et multi
alii eorum meritis curati sunt. In horum sollemp-
nitate pax inter lombardos et ro-
manum imperium fuit reformata. et ideo
gregorius papa loquetur deus pacem in plebem
suam introitum misse cantari insti-
tuit. Unde et officia partim sanctis convenient
partim eventibus diebus que in ipsis contingere
debebat. Refert augustinus in libro xxii.
de civitate dei quod ipso presente impera-
tore et multa turba quidam cecus apud
mediolanum ad corpora martirum gervasii et
prothasii lumen recepit. Utrum autem
predictus cecus sit an alius ignoratur.

Idem quoque refert ibidem quod quidam iuve-
nis in villa que dicitur victoriana que ab yppo-
regio xxx. milibus distat cum in quodam
flumine equum lavaret statim eum
diabolus vexavit et in flumen tamquam mor-
tuum proiecit. Cum autem vespere in ecclesia gervasii
et prothasii cantaretur, ille vocibus illis
quasi percussus cum clamore fremitu ecclesiam in-
trans altare tenebat nec amoveri non
valens, tamquam si ibidem alligatus fu-
isset. Et cum demon ut inde exiret adiura-
retur, ille se eius membra amputaturum si
exiret minabatur. Cum exiret ad invitus
oculus iuvenis qui in maxilla fusus te-
nui vinula dependebat, sed in loco suo
sicut potuit oculum revocaverunt, et ecce infra
paucos dies meritis sanctorum gervasii et
prothasii plene sanatus est. Ambrosius
quoque in prefatione sic ait: hii sunt qui vexillo
celesti signati victricia apostoli arma
sumpserunt et a mundanis nexibus solu-
ti nequissimi hostis aciem preliberi ...
tes. ubi et expediti christum dominum sunt secu-
ti. O quam felix germanitas que sacris in-
tendo eloquiis nullo potuit inter-
pellari contagio. O quam gloriosa certaminis
causa ubi pariter coronantur quos unus
uterus matris effudit.

Iohannes baptista multipliciter nominatur. Dicitur enim
propheta, amicus sponsi, lucerna, angelus, vox,
helyas, baptista salvatoris, preco iu-
dicis, precursor regis. In propheta desig-
natur prerogativa cognitionis, in amico
sponsi prerogativa dilectionis, in lucerna ar-
dens prerogativa sanctitatis, in angelo pre-
rogativa virginitatis, in voce preroga-
tiva humilitatis, in helya preroga-
tiva fervoris, in baptista prerogativa mi-
rabilis honoris, in precone prerogati-
va predicationis, in precursore prerogativa

spiritualis. De sancto iohanne baptista

Natiuitas sancti iohannis baptiste ab archangelo gabriele hoc modo annuntiata fuit. Dauid enim rex sicut legitur in hystoriis scolasticis cum uolens cultum dei ampliare .xxiiij. summos sacerdotes instituit quorum tamen unus maior erat qui princeps sacerdotum dicebatur. Statuit autem xvi. uiros de eleazar. et viij. de ythamar. et secundum sortem dedit unicuique ebdomadam uicis sue. Abias autem unam ebdomadam habuit de cuius genere zacharias fuit. Erant autem ipse et uxor eius elizabeth senes absque liberis. Cum ergo zacharias templum domini ut incensum poneret ingressus fuisset. et multitudo populi expectaret. apparuit ei gabriel angelus. Cum autem zacharias in eius uisione timeret ait. Ne timeas zacharia. quoniam exaudita est oratio tua. Proprium enim est bonorum angelorum secundum quod dicit glosa. ex sua uisione territos. benigna exhortatione protinus consolari. Econtra mali angeli se in lucis angelos transfigurantes. si quos ex sui presentia territos senserint amplius eos horrore concutiunt. Annuntiat igitur gabriel zacharie se filium habiturum. cui nomen iohannes erit. qui uinum et siceram non bibet. et ante dominum in spiritu helie et uirtute precedet. Iohannes uocatur helias ratione situs. quia ambo in deserto. ratione uictus. quia ambo uictu parci. ratione cultus. quia ambo uestitu incalti. ratione officii. quia ambo precursores. sed ille precursor iudicis. iste saluatoris. Ratione zeli. quia utriusque uerbum quasi facula ardebat. Zacharias autem considerans suam senectutem et uxoris sterilitatem dubitare cepit. et more iudeorum signum ab angelo requisiuit. Angelus autem pro eo quod uerbis suis non credidit ipsum taciturnitatis plaga percussit. Sciendum autem quod dubitatio contingit aliquando propter promissorum magnitudinem. sicut legitur de abraham. Cum enim dominus sibi promisisset quod semen suum terram chanaan possideret. dixit ad eum abraham. Unde domine scire possum quod possessurus sim eam. Et respondit dominus. Sume mihi uaccam triennem etc. Aliquando est propter fragilitatis proprie considerationem. sicut patet in gedeone qui ait. Obsecro mi domine in quo liberabo israel. Ecce familia mea infima est in manasse. et ego minimus in domo patris mei. Et ideo signum petiit et accepit. Aliquando propter nature impossibilitatem. sicut patet in sara. Cum enim dominus dixisset. Reuertens ueniam ad te. et habebit sara filium. Risit sara post hostium dicens. Quid est ergo quod solus zacharias exstitit qui dubitauit plagam incurrit. cum ibi esset magnitudo promissionis et impossibilitas naturalis. Hoc multiplici de causa fuisse putatur. Primo secundum bedam quia discredendo locutus est. ideo silentio plectitur ut tacendo credere discat. Secundo quia ideo mutus factus est ut maius miraculum in natiuitate filii appareret. Cum enim in natiuitate iohannis loquela redditur. miraculum miraculo cumulatur. Tertio quia congruum fuit ut uocem amitteret quando uox nascebatur et legi silentium imponebatur. Quarto quia ipse a deo signum petiit et ipsam taciturnitatem in signum accepit. Cum autem zacharias foras ad populum exisset. et eum factum mutum uiderent. cognouerunt ipso innuente quod uisionem in templo uidisset. Completa autem septimana officii sui. abiit in domum suam. et concepit

elyzabeth. et mensibus .v. se occultauit. quia sicut dicit ambrosius. partus sui erubescebat etatem. ne in senectute uacasse libidini uideretur. et tamen gaudebat sterilitatis obprobrium esse sublatum. quia obprobrium est mulieribus non habere premium nuptiarum propter quod nuptie celebrantur. et carnalis coitus excusatur. ¶ Mense autem sexto beata maria que dominum conceperat. congratulans uirgo fecunde. ablate sterilitati. et compaciens senectuti. uenit ad elyzabeth. et cum eam salutasset. beatus iohannes iam spiritu sancto repletus. sensit filium dei uenire ad se. et pre gaudio in matris utero tripudiauit. et motu salutauit quem uoce non potuit. Exultauit enim quasi gestiens salutare et domino suo assurgere. ¶ Mansit ergo uirgo beata tribus mensibus cum cognata sua ministrans ei. natumque puerum suis sanctis manibus de terra leuauit. et quasi more gerule officiosissime peregit. ¶ Hic dux precursor .ix. specialiter priuilegiis et singulariter claruit. Nam singulariter idem angelus qui dominum annuntiauit ipsum annuntiat. In utero matris exultat. mater domini ipsum a terra leuat. linguam patris reserat. baptismum primus ordinat. christum indice demonstrat. christum manibus suis baptizat. ipsum pre omnibus laudat. in limbo positus christum uenturum pronuntiat. propter hec nouem priuilegia uocatur a domino propheta et plus quam propheta. ¶ Crisostomus. Et quare dicatur plusquam propheta sic ait. prophete est beneficium a deo accipere. Numquid prophete est beneficium baptismi deo dare. prophete est ut ipse de deo prophetet. numquid prophete est ut deus de illo prophetet. Omnes prophete prophetauerunt de christo. de illis autem prophetatum non est. iste autem non solum prophetauit de christo. sed et alii prophete prophetauerunt de illo. Omnes portitores uerbi fuerunt. iste autem ipsa uox. Quantum autem uox proximior est uerbo non tamen uerbum. tantum iohannes proximior est christo non tamen christus. ¶ Et secundum ambrosium laus iohannis ex .v. comprehenditur. scilicet ex parentibus. miraculis. moribus. muneribus et preconiis. laus autem parentum secundum eundem ambrosium ex .v. manifestatur. ait enim .s. plena laudatio que genus in moribus. mores in equitate. officium in sacerdotio. factum in mandatis. iudicium in iustificationibus comprehendit. ¶ Secundo ex miraculis quorum quedam fuerunt ante eius conceptionem miraculosa scilicet angelica annuntiatio. nominis impositio. et loquele patris amissio. ¶ Quedam quantum ad eius conceptionem miraculosa scilicet supernaturalis conceptio. eius in utero sanctificatio. et prophetalis doni repletio. ¶ Quedam quantum ad eius natiuitatem existunt miraculosa. scilicet utriusque parentis spiritus prophetalis adeptio. quia et mater nomen sciuit et pater canticum edidit. Loquele patris reseratio. et spiritus sancti repletio. unde et zacharias pater eius repletus spiritu sancto est. Ambrosius. Respice iohannem quantum sit uis eius uocabulo. cuius nuncupatio reddit muto uocem. patri pietatem. populo sacerdotem. prius enim erat tacens lingua. sterilis filio. priuatus officio. At ubi iohannes nascitur fit repente pater propheta. loquele usum recipit. plenum affectum suscipit. sacerdotem functio recognoscit. ¶ Tertio ex moribus quia sanctissime uite fuit. De cuius sanctitate dicit Crisostomus. Conuersatio iohannis omnium uitam faciebat culpabilem apparere. quemadmodum si uideris albam uestem dicas satis candida uestis est. sed cum posueris eam iuxta niuem incipit tamquam sordida apparere. et licet sordida non est. sic quantum ad comparationem iohannis omnis homo uidebatur immundus. cuius quidem

ſatas triplex huit teſtimoniū. ¶
Primo alt' celeſtibꝫ. i. ab ipſa trinitate.
⁊ primo apte qui uocat eū angelum.
Mal. iij. Ecce ego mitto angelum meū.
Angelꝰ aūt ē nomē officij ñ nature. Et ab
dei angelis hoc officij certo quod oīū
angeloꝝ officiū gerere uideť. huic
ē officiū ſeraphyn. interptat' ē ſera
phyn ardens. q uni dei amore pl
ardet. Et de iohe dr̄ in ec̄. Surrexit
helyas q̄ı ignis ⁊ c̄. Ipſe ıı. ueniet in
ſpū ⁊ uirtute helye. ¶ ıj. habuit of
ficiū cherubyn. Cherubin enī plenitu
do ſcīe. ⁊ iohs dr̄ lucerna. ioh. xxxviij.
certo q fuit luminus uocis ignora
tie. ⁊ initiū lucis gr̄e. ¶ iij. huit
officiū thronoꝝ. quoꝝ officiū ē iudica
re. Et de iohe dr̄. quod arguebat
herodē dicens. Nō lz t̄ ⁊ c̄. ¶ iiij. offi
ciū dnātiū. q̄ docet nos q̄ ſbditos
dnāum gerere. ⁊ iohs erga ſbditos
hebatur ī amore. erga regeſ ī timore.
¶ v. officiū pncipatuū. qui docent
nos ſupiores reuereri. ⁊ iohs de ſe di
cebat. Qui de t̄ra ē de t̄ra loqt̄. q̄ de
celo uenit ſr̄ omīs ē. q̄ ē ñ ſū dig
nus ſol ⁊ c̄. ¶ vi. officiū poteſtatū
p quas poteſtates dēe arcent̄. que
non poſſunt nocere ſ iam ſcificato.
Anb ⁊ arcebat eū ad baptiſmum
nos diſponebat. ¶ vij. officium
uirtutū p quas fiut miracula. Et btūs
iohs multa miracula in ſe ipo oſten
dit. Mag̃ enī miracula uel t̄ uiuere
⁊ locuſtas edere. et de pilos cameli
induere. ⁊ h. ¶ viij. officiū archā
geloꝝ quī reuelabat maiora. ſic ea q̄
ſpectabat ad nr̄am redeptionē cum
dicebat. Ecce agnꝰ dī ⁊ c̄. ¶ ix. offi
ciū angeloꝝ. quī annūciabat mino

ra. ſicut ea que ſpectabant ad mores
ut aliud. p niām agite ⁊ c̄. ſr̄. Nemi
ne concuſſeritis. ¶ ij. huit teſtimoniū
a filio ſicut patz. dī. x. ub̄ eū xpc
multipliciter ⁊ mirabiliter comendat
dicens. inter ſtrēnuos. Inter natos ⁊ c̄. ſe
cūs damiani. Ab illo ubo iohīs ſur
re ppāta pſonia. p qđ ſundata ſit
anicia. ⁊ ino uenitur ſpēt. ⁊ ē condita
clemencia. ¶ iij. a ſpū ſcō. cū p ꝛcharia
dic̄. Tu puer pp̄ha altiſſimi uocab'
is. ¶ ij. a celeſtibꝫ. i. ab angelis. ſicut
patet luc. i. ubi eū angelꝰ multiplr
comendat. oſtendens q̄ tc̄ ſit digni
tatis quo ad eū cū dicit. Erit. n. mag
nus corā dño. Qūtē ſanctitatis. quo ad
ſe ipm cū ſbdit. Vinū ⁊ ſic̄. non bi.
⁊ ſpū. ſ. re. ⁊ c̄. Qūte utilitatis quo
ad proximū. cū dicit. Et multos filioꝝ
iſrl' cōuertet. ¶ iij. a ſbceleſtibus.
i. ab hominibꝫ ſic apte ſuo ⁊ uici
nis cū dicebāt. Quis putas puer
iſte erit ⁊ c̄. ¶ iiij. cphendi laus
iohīs eximie. huit. n. miū ſinſta
tu ingreſſo. in egreſſu exitu. in mun
di pgreſſu. ⁊ in mundi egreſſu. In
uētū triplex huit mirabile mu
nus gr̄e. ¶ Primo grām q̄ in utero
ſcificatus fuit. vñ huit aū ſcs qn
natus. ſ. ē. i. pulſqm orbe ⁊ c̄. ¶ ij.
grām q̄ pp̄ham p miuit ſicut qñ in
utero matris exultans dm̄ ad ē cog
nouit. vn̄ eiſe. uolens oſtendere
qualiter fuit pl' q̄m pp̄ha dicit.
pp̄he ē p nuto ɔſulationis. ⁊ fidē p
phetam accepe. nūquid pp̄he
fuit ut prius ſieret pp̄ha q̄ homo. Et
quia ɔſuetudo erat ut pp̄he inui
gentur. tunc qñ bā uirgo elyzabet
ſalutauit. xpc iohēz in pp̄ham in

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

unxit. secundum quod dicit crisostomus in hec
uerba. Ideo christus mariam fecit salutare
elyzabeth ut sermo procedens de utero
matris ubi habitabat dominus. et per au-
res elyzabet ingressus descenderet
ad iohannem. ut illic eum ungeret ad prophetam.
¶ iii. gratiam quam suis nullis num prophetie
spiritum tribuit. Unde crisostomus. uo-
lens ostendere qualiter fuit plusquam propheta
ait. Quis propheta eum esset propheta prophetam
facere potuit. helyas quidem hely-
seum unxit in prophetam non tamen propheta-
di gratiam illi donauit. iste autem in
utero matris existens. diuini in-
troitus matri scientiam dedit. et os
illius in uerbo confessionis aperuit.
ut eum non uidebat personam cognosceret
dignitatem dicens. Unde hoc mihi ut
mater domini ueniat ad me. ¶ In egressu
ex utero fuit triplex munus quia
eius ortus fuit miraculosus. sanctus.
et iocundus. quia miraculosus ex-
cludit defectus impotentie. quia sanctus ui-
tiis culpe. quia iocundus lamentum mi-
serie. ¶ Celebratur autem eius ortus siue
natiuitas secundum magistrum willhelmum altisiodo-
rensem triplici ratione. ¶ Primo ratione sanctifica-
tionis in utero. ¶ ii. ratione dignitatis
in officio. ipse enim tamquam lucifer uenit.
et eternum gaudium nobis primus nuntiauit.
¶ iii. ratione iocunditatis. in ortu suo
dixit enim angelus et multi in natiuita-
te eius gaudebunt et ideo dignum est ut
nos in natiuitate eius gaudeamus. ¶
In progressu fuit similiter multiplex
munus. ubi patet eius excellentissi-
ma et diuisa multa gratia quia fuit
per fectionem omnium sanctorum. scilicet propheta
fuit quia dixit. Qui post me uenturus
est etc. plusquam propheta. quia ipsum digito

demonstrauit. apostolus. quia a deo fuit mis-
sus. Unde fuit homo missus a deo etc.
martir. quia pro ueritate mortem sustinu-
it. confessor quia confessus est et non nega-
uit. uirgo. unde et propter eius uirginita-
tem angelus appellatus est. mal. iii. Ecce
ego mitto angelum etc. ¶ In egressu
de mundo fuit eius munus. quia efficitur
martir inuictus. accepit enim palmam mar-
tirii. ad epulas est dirigitur nuncius
preciosus. ipse enim hiis qui erant
in limbo preciosum attulit. scilicet de aduen-
tu christi et redemptione ipsorum. Et colitur
gloriosus exitus. eius enim exitus de
omnibus qui ad limbum descenderunt speci-
aliter sollempnizatur et gloriose co-
litur. ¶ Circa expositionem eius quia eius
predicationem angelus ponit. iii. cum di-
cit. Et multos filiorum israel conuertet
ad dominum deum ipsorum. et precedet etc. Sic fuit
tamen ordine [illegible] et fine sic ut inuita
patet. ¶ Et notandum quod predicatio
iohannis triplex fuit. ipse namque predicauit
feruenter. efficaciter. et prudenter.
feruenter. efficaciter. et prudenter.
Feruenter cum dicebat genimina ui-
perarum etc. Qui quidem uerbo fuit in-
flammatus caritate quia erat lucer-
na ardens. Unde ipse dicit in perso-
na eius. Posuit os meum ut gla-
dium acutum informatus ueri-
tate. Unde ioh. v. Vos misistis ad io-
hannem et ille testimonium perhibuit
ueritati. Discretus discretione sine
scientia. Unde [illegible] b et publicanis et
militibus secundum uni cuiusque exi-
gentiam propriam legem dedit. firmus
constantia. unde et tam constanter pre-
dicauit quod eciam uitam amisit. hic enim
nichil debet habere zelus secundum quod dicit

v. zelum eorum inflammet caritas, in
formet veritas, regat scientia et firmet
constantia. ¶ Secundo efficaciter quoniam ad
predicationem eius multi conversi sunt. Predica
vit enim verbo, assiduitate doctrine
et exemplo sanctitate vite. ¶ Tercio
prudenter, eius prudentia predicationis
in tribus fuit. ¶ Primo in eo quod usus est
comminationibus, ut malos terreret dicens:
Iam enim securis ad radicem posita est etc.
¶ Secundo promissionibus, ut bonos alli
ceret dicens: Penitentiam agite etc. ¶ Tercio
moderationibus, ut mediocres paulatim
ad perfectionem attraheret. Unde turbis et
publicanis et militibus levia imponebat
ut postmodum ad maiora proveheret. Tur
bis ut operibus misericordie insisterent, publica
nis ut se ab alienorum appetitu absti
nerent, militibus ut neminem concuterent,
nulli calumpniam facerent et suis stipen
diis contenti essent. ¶ Et notandum quod
Iohannes evangelista hac die migravit ad dominum, sed
ecclesia festum evangeliste in tercium diem
post Christi nativitatem celebrationem instituit,
quia tunc eius ecclesia dedicata fuit. Et
sollempnitas nativitatis baptiste
in suo die remansit, nimirum quia hic
dies ab angelo nativitatis precursoris
autenticatus fuit. Non autem dogma
tizandum est quod evangelista Iohanni baptiste cesserit
tamquam minor maiori. Non enim de
eis est quis eorum maior sit disputare,
quod in quodam exemplo divinitus est
ostensum. ¶ Fuerunt enim, ut legitur, duo
doctores theologi quorum [illegible] unus baptistam,
alter preferebat evangelistam. Tan
dem sibi sollempni disputatione indicta
quilibet valde sollicitus erat auctoritates
et efficaces rationes invenire quibus su
um Iohannem posset preferre. Adveniente

disputationis die quilibet sanctorum emu
latori suo apparuit eique dixit: Bene
concordes sumus in celis, de nobis non
disputetis in terris. Tunc illi ad in
vicem et omni populo visionem publi
caverunt et dominum benedixerunt. Paulus
hystoriographus Longobardorum ecclesie
romane dyaconus et cassinensis mo
nachus, cum deberet quadam vice cereum
consecrare, faucis ei tumor factus est, cum
prius vocalis esset. Ut ergo sibi vox re
stitueretur ymnum: Ut queant la
xis etc. ad honorem beati Iohannis composuit,
in cuius principio petit sibi vocem restitui, sicut
et Zacharie restituta fuit, secundum quod dicit
Iohannes Beleth. ¶ Ossa mortuorum anima
lium undecumque collecta in hac die
ab aliquibus comburuntur. Cuius duplex est
causa, ut ait Iohannes Beleth. Una est ex antiqua
que institutionis observantia. Sunt enim
quedam animalia que dracones vocantur,
que in aere volant, in aquis natant,
in terra ambulant. Et aliquando autem dum
per aerem ambularent ad libidinem con
citabantur et in puteos et in aquas fluvia
libus sperma iactabant, et ideo sequeba
tur letalis annus. Contra hoc igitur fuit
istud inventum remedium, ut de ossi
bus rogus fieret et sic talia animalia fuga
ret fumus. Et quia istud maxime hoc
tempore fiebat, ideo adhuc istud ab ali
quibus observatur. ¶ Alia causa est ad
representandum quod ossa sancti Iohannis in
Sebaste civitate ab infidelibus combus
ta fuerunt. ¶ Feruntur etiam facule arden
tes, quia Iohannes erat lucerna ardens et
lucens, et rota vertitur quia sol tunc in cir
culo descendit ad significandum
quod fama Iohannis, qui Christus putabatur,
descendit, secundum quod ipse testimonium

p hibuit. c(ur)e oportet in-i-au(tem) cre-
sc(er)e. h(oc) significatu(m) e(st) s(ecundu)m quod dicit
aug(ustinu)s in eor(um) p(ro)b(us) q(ui)a circa nat(ivitatem) ioh(annis)
incipiunt dies decresc(er)e. circa nativi
tate(m) x(risti) cresc(er)e inc(ipiun)t illud. Solsticium
decrescere x(rist)um p(ro)p(te)r aug(e) ioh. ¶ Et in eor(um)
mortib(us) q(ui)a corp(us) x(rist)i in cruce e(st) exalta
tu(m). corpus iohis capite minoratum.
¶ Refert paulus in hystoria lon
gobardor(um) q(uo)d rochariis rex longo
bardor(um) iux(ta) eccl(esi)am s(an)c(t)i ioh bapt(ist)e cu(m)
multo ornatu sepultus fuit. Quidam
u(er)o cupiditate illectus nocte sepul
chrum aperiens et abstulit univ(er)sa. Cui
ioh apparens dixit. Cur ausus fu
isti tang(er)e (con)missum. ecc(lesi)am m(e)am de cetero
ingredi non valeb(is). q(uo)d utiq(ue) sic evenit.
Nam q(uo)cie(n)sq(ue) p(ro)dictam ecc(lesi)am intra
re volebat q(ua)si a validissimo pugile
guttur eius feriebat(ur). et sic s(ub)ito retro
ruebat. De s(an)c(t)o iohe et paulo. Venomine

Iohs et paulus p(ri)micerii (pre)positi (con)stan
tie filie (con)stantini augusti. fuit. Eo
tempore cu(m) gens scithica daciam et t(ra)
ciam occupavit. et gallicanus dux
romani exercitus (con)tra p(re)dicta(m) gen
te(m) mitti deb(er)et (con)stancia(m) filia(m) (con)sta(n)
tini p(ro) mercede laboris s(ibi) in uxore(m)
dari petebat. q(uo)d et romani p(ri)nci
pes h(oc) (con)stantius s(ibi) postulabat. Pat(er)
aut(em) plurimu(m) tristabat(ur). sciens filiam
sua(m) postq(uam) a b(ea)ta agnete sanata
fuit in virginitatis p(ro)posito posita(m).
& illius occidi posse. qua(m) ad (con)sen
su(m) inclinat. Virgo tu(m) de deo (con)fides
patri (con)suluit ut ea(m) sibi spondeat cu(m)
victor redierit. Ut tamen duas fi
lias suas q(ua)s ex uxore defuncta sus
cepat id(e)m gallicanus secu(m) maneret
p(ro)mitteret. ut p(at)ris mores et votu(m)

p(at)ris scire possi(n)t. et ipsi duos p(re)positos
suos ioh et paulu(m) sibi (con)cederet i(n) spem
q(ua)si firmitatis maioris. rogans deu(m)
ut ipsu(m) et filias ad d(omi)n(u)m (con)verteret.
Quod ubi omnib(us) placuit gallicanu(s)
assu(m)pto. ¶ iohe et paulo. et copio
so exercitu p(ro)ficiscitur. s(ed) tu(m) a scithica
gente eius exercitus frangitur. et in
urbe tracior(um) ab hostib(us) obsidetur.
Tunc accedentes iohs et paulus
dixerunt. fac votu(m) deo celi et e(ri)s victor
q(ua)m fuisti. Quod cu(m) fecisset statim iu
venis fer(e)ns in humeris crucem sibi ap
paruit eiq(ue) dixit. Sume gladiu(m) tuu(m)
et sequere me. Quod ille accipiens
p(er) media castra ivit ad rege(m) usq(ue) de
veniens. illu(m) q(ue) occidens solo timo
re univ(er)su(m) exercitum (con)fugavit. et
romanis tributarios fecit. Duo q(uo)q(ue)
milites eide(m) apparentes armati
eu(m) hinc in(de) (con)firmabant. ¶ Factus
igitur x(rist)ianus roma(m) redi(i)t et cum
multo honore susceptus fuit. roga
vit augustu(m) ut s(ibi) indulg(er)et si fili
am minime desponsaret. eo quod
decrevi(t) (con)tinenter vive(re) p(ro)ponere(t).
Quod cu(m) augusto plurimu(m) placuisset. et
due filie gallicani a (con)stancia ad
x(rist)um (con)v(er)se fuisset. ipse gallicanus
ducatu cessit. et omnia paup(er)ibus
tribuens. x(rist)o cu(m) aliis servis dei
i(n) paup(er)tate serviunt. Multa mira
cula faciebat ita ut solo visu demo
nes de obsessis fugaret corp(or)ib(us).
huius sancte opinionis fama in
toto orbe t(er)rar(um) intu(m) excrevit. ut
ab oriente et occidente venientes
viderent viru(m) ex patricio (con)sule
lavante(m) pedes paup(er)um. ponente(m)
mensa(m). aqua(m) manib(us) effundente(m)